



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ephemerologivm Ecclesiastio-Rubricisticum Novum

Halden, Johann Baptist

Brixinæ, 1717

Titulus III. Singularia Festorum Mensis Martij, qui habet dies XXXI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39937

TITULUS III.

Singularia Festorum Mensis Martij, qui habet dies XXXI.

Ante Quadragesimam primam die hujus Mensis non impeditur Festo 9. Lctionum (alioquin alia sequenti similiter non impeditur) dicitur in Choro post Officium diei *Officium Defunctorum*, id est Vesperæ post Vesperas diei præcedentis, & Maratinum post Laudes diei occurrentis (nisi alia sit consuendo Ecclesiarum) ut pluribus alibi declaratur. Per totam verò Quadragesimam (præterquam in majore hebdomada) quavis Feriali *seculida*, non impeditur Festo 9. Lctionum, dicitur modò prædictio Officium Defunctorum, nempe Vesperæ post Vesperas diei præcedentis, Maratinum, & Laudes autem post Laudes diei, seu Feriali II. currentis. Quavis præterea Feriali IV. non impeditur Festo 9. Lctionum: usque ad majorem hebdomadam: exclusivè dicuntur in Choro ante Maratinum *Psalmi Graduales cum Precibus, & Orationibus*, uti notantur post Officium Defunctorum in Brev: Romano. Ac denique quavis Feriali VI. non impeditur Festo 9. Lctionum usque ad eandem majorem Hebdomadam exclusivè, dicuntur in Choro (post dictum ad Laudes diei *Benedicamus Domino*)

Psalmi Pœnitentiales cum Litanij, & Precibus annexis, & quidem flexis genibus, uti in Brev: Rom: habentur.

Quando verò in Quadragesima fit de aliquo Festo, intellige 9. Lctionum [nam de Festo simplici tunc occurrente fit in Officio solummodo Commemoratio sine aliqua de illo Lctione, etiamsi propriam alioquin habeat] tunc in Ecclesijs Cathedralibus & Collegiatis dicuntur 2. Missæ Principales, seu Conventuales: una post TERTIAM de Festo, in Colore Festo conveniente: Altera post NONAM de Feriali in Colore Violaceo. In priori, si sit Festum Duplex, nulla fit Commemoratio, nisi Festi simplicis, si quod die illo occurrat; si verò sit Festum Semiduplex; 2. Oratio erit de Festo simplici occurrente. 3. verò usque ad Dominicam Passionis exclusivè à Cunctis; vel, si non occurrat Festum Simplex, Oratio 2. usque ad Tempus Passionis erit à Cunctis. 3. pro Vivis, & Defunctis *Omnipotens sempiterna DEUS &c.* sine Commemoratione de Feriali. In posteriore usque ad Dominicam Passionis Oratio 2. est à Cunctis. 3. *Omnipotens sempiterna DEUS &c.* uti notantur Feriali IV. Ci-

Cinerum, diciturque post ultimam Postcomunionem dicto *Humiliate &c.* etiam Oratio super Populum, ut ibi; à Dominica Passionis verò in Missa Conventuali de Festo, si sit *Duplex*, & non occurrat *Festum simplex*, dicitur una tantum Oratio, si verò in eo occurrat *Festum simplex*, sit huius folius in ea Missa Commemoratio, si autem sit *Festum Semiduplex* in Missa Conventuali de Festo *Semiduplici* 2. Oratio est de Festo *simplici* occurrente. 3. *Ecclesia &c.* vel pro Papa. Quòd si non occurrat *Festum simplex* 2. Oratio in tali Missa erit vel *Ecclesia &c.* vel pro Papa tantum: non enim tunc dicitur. 3. Oratio. *Arnaud. Tr. 1. P. 1. Tit. 9. n. 4. &c.* In Missa autem Conventuali de Fesia Tempore Passionis Oratio 2. semper est *Ecclesia*, vel pro Papa tantum, sine Commemorat: de Festo, etiam *Simplici* occurrente. In Missa Convent: de Festo die: *Gloria*, &c. si qualitas Missæ requirat, etiam *Credo*, necnon post Graduale [omissò *Alleluja* & Versu sequente &c.] Tractus. Missa verò Convent: de Fesia die: uti notatur, sine *Gloria* & *Credo*, tunc in ejus fine: *Benedicamus*. In utraque usque ad Dominicam Passionis dicitur Præfatio *Quadragesimalis*: *Qui Corporali Jejunio &c.* à Dominica Passionis verò Præfatio de Cruce: nisi Missa Festiva propriam habeat: In fine etiam utriusque Missæ Conventualis dic: Evangelium *S. Joan*: Missæ autem priva-

tæ in *Quadrag*: [nisi, quando per leges Rubricarum, dicatur *Votiva*, vel de *Requiem*] in *Festis* Lctionum dicuntur de Festo, si occurrente, cum Commemorat: Fesia occurrentis, ejusque *Evangelium* in fine, prout notatur suis. Quòd si locò *Missæ Festivæ*, aut *Missæ*, dicatur in *Quadragesima* concessis *Missæ Votivæ*, dicitur illa *Psalmus*: *Judica*, item *Psalmus* *Patri* ad Introitum, & ad *Psalmum* *Lavabo* etiam Tempore *Passionis* que etiam in *Missæ Votivæ* de *Passione*: In omnibus quoque *Missæ Votivis*, quæ dicuntur à *Septuagesima* usque ad *Pascha*, post *Graduale* omisso *Alleluja*, & *Versu* sequente semper dicitur *Tractus*. In *Missis Votivis*, nisi propriam habeant, dicitur *Præfatio* *Quadragesimalis* usque ad *Dominicam* *Passionis*. *Dominica* autem *Passionis* usque ad *Sabbatum* *Sanctum* *Præfatio* de *Cruce*: porò in fine illarum, quæ tempore dicuntur, semper dicitur *Evangelium* *S. Joan*. Ad *Missas* *Missarum Votivarum* quotiescunque, usque ad *Dominicam* *Passionis* Oratio 2. est de *Feria* occurrente. 3. de *Simplici*, si quod occurrat, si nullum occurrat, à *Carthagine* à *Dominica* *Passionis* verò 2. est de *Feria* 3. de *Simplici* occurrente, si nullum occurrat, *Ecclesia*, vel *Papa*. Excipitur *Votivæ* de *B. V. Maria* qua 2. oratio est de *Officio* *di-*

rentis. 3. aurem (nisi occurrat Sim-
plex) etiam Tempore Passionis est
de Spiritu Sancto, ut notat Gavane.
Tom. 1. P. 1. Tit. 9. ad n. 15. In Vo-
tivis quoque de Ss. Apost. Petro &
Paulo non dicitur à *Cunctis*, quando
hæc alioquin in alijs Missis est di-
cenda, sed ejus loco oratio *Concede*,
de quo, uti & alijs circa Missas Vo-
tivas observandis, diceretur ex insti-
tuto infra P. III. Tit. de *Missis Voti-
vi*. Quod autem in votivis etiam
Tempore Passionis (esto dicantur de
Cruce, aut *Passione*) dicendæ sint tres
Orationes, aut etiã plures, si lubet, mo-
do impares, non autem tantum *due*,
ut in Missis, quæ tunc dicuntur de
Temp. tradit Ex Gav. & Arn. Gerlac. P.
1. Tit. 9. §. 8. &c. Et Ratio est, quia
non sunt Missæ de Tempore, sed *Votive*.
Vide Lohner: Instr. 1. P. 2. Tit. 11.
n. 7.

3. Si hodie factum fuerit de
Feria, & cras non occurrat *Domini-
ca*, vel *Dies Cinerum*, Vesperæ erunt
de seq: cum Commemoratione Fe-
riæ (si veniat in Quadragesima) &
S. Lucij Pap: ac ac Mart: [alioqui so-
lus S. Lucij] eique subjunguntur
Commemorationes Communes, seu
Subragia Sanctorum &c. Col. Alb.

4. S. CASIMIRI Reg: ac Conf.
semid. Col. Alb. Offic: de Comuni
Conf: non Pontific. Lectio I. Noct:
si veniat ante Quadrage: de Script:
occurrente: si autem veniat in Qua-
drage: *Jesus si morte &c.* II. Nocturni
[Pars II.]

propriæ. III. *Sint lumbi*. 9. Lectio [si
veniat in Quadragesima] de homil:
Feria Currentis, cum ejus Comemo-
ratione in Vesperis, Laudibus, ac
Missâ, uti & S. Lucij in 1. Vesperis,
Laudibus, ac eadem Missâ. O-
ratio propria. • Missâ *Os justis &c.*
de Commun: Conf: non Pontif: cum
Gloria, & Tractu, attamen sine *Credo*.
Oratio 2. de S. Lucio, ut ibi. 3.
à *Cunctis*, si veniat extra Quadrag:
at verò in Quadrag: Oratio 2. de Fer.
curr. 3. de S. Lucio. Præf: Commu-
nis, si veniat ante Quadrag: si autem
in Quadragesima, Præfatio Quadra-
gesimalis, cum ult: Evangel: de Fe-
ria Quadragesimali. In Ecclesijs au-
tem Cathedralibus, & Collegiatis
dicuntur tunc 2. Missæ Conventua-
les: una post TERTIAM de *Festo*, cum
Commemorat: de S. Lucio [non
item de Feria] ac 3. Oratione à *Cun-
ctis*. Altera de Feria post NONAM, in
qua Orat. 2. à *Cunctis*. 3. *Omnipotens
sempiternæ DELIS*. In utraque Præfatio
Quadragesimalis, & in fine utriusque
Evangel. S. Joan. &c, modò superius
post Initium hujus Mensis descriptò.
Si S. Casimirus occurrat in Feria II.
post Dominicam II. Quadrages: tunc
Postcommunio pro S. Lucio sumi de-
bet ex Missâ: *Statuit*, de Comuni
Unius Mart. Pont. ne scil. coincidat
cum Postcommunione de Feria curr:
de qua fit 1. Commemoratio. Gav.
Tom. 1. P. 1. Tit. 7. n. 8. lit. Q. circa fin. In
2. Vesperis fit Commemoratio: de Fer:
[L]

si veniat in Quadrages. Col. Alb. Si ob occurrentem Dominicam, aut Feriâ IV. Cinerum, transferatur hoc Festum, in Hymno: *Iste Confessor* mutatur 3. Versus, nisi immediatè celebretur post Fer. IV. Cinerum: tunc enim probabilius non mutatur, non modo in 1. Vesperis, sed etiam ad Martinum, & 2. Vesperas, ob Rationes alibi afferendas. Commemoratio autem de S. Lucio in Officio ac Missa nunquâ transfertur in aliam Diem. Oratio 2. verò in Missa S. Casimiri tunc extra Quadragesimam est à *Cunctis*. 3. ad Libitum; in Quadragesima autem 2. de Fer. 3. à *Cunctis*.

7. S. THOMÆ DE AQUINO Conf: & Eccles: Doctor. dupl. min. Col. Alb. Antiphona ad *Magnificat* in utrisque Vesperis: *O Doctor optime &c.* Lect: I. Noctur: *Sapientiam omnium antiquorum &c.* ut in Communi Doctor. II. Noct: propriæ III. Noct: de eodem Communi Doctor: cum 9. Lectione de Homil: Fer: currentis [si veniat in Quadrages:] Jesusdémque prima Commemorat: in Vesperis, Laudibus, ac Missa. Responsorium 8. de Doctorib: *In medio Ecclesia &c.* Oratio propria. In 1. Vesperis, Laudibus, ac Missa fit in Ecclesia Universali etiam Commemoratio [post Commemorationem de Feria Quadragesimali] de Ss. Perpetua, & Felicitate MM. Reliqua ut in Comùn: Conf: non Pontif.

MISSA, uti notatur in loc: cum *Glor: Tract: Credo, Commemoratione*

de Feriâ [si veniat in Quadrages: ac Ss. Perpet: & Felicit. ut ibi. Prae Quadragesimalis; si veniat in Quadragesima [alioqui Communis ult. Evangel. de Feria Quadragesimali. At verò in Eccles: Cathed: libus & Collegiatis dicuntur tunc Missæ Conventuales ad eum modum, quò dictum in Festo S. C. miri 4. hujus. Quòd si Festum Thomæ Aquin: incidat in Feria post Dominicam III. Quadragesimae [uti incidit 1695.] tunc Postcommunionio de Ss. Perpetua, & Felicitate [propè coincidens cum Postcommunionio Feriæ, de qua 1. loc. in eadem Missa Commemoratio sumenda est ex Missa *Dilecti*, Commun: Virg: tantum, juxta eam quæ tradit Gav: locò supra citat. diem 4. Martij. Si transferatur hoc Festum, non propterea transferatur etiam Commemoratio Festi Sancti hodie occurrentis; Mutatur tamen tunc tertius Versus in Hymno *Iste Confessor*. In 2. Vesperis fit Commemoratio Festi sequentis [nisi incidat in Dominicam, aut in Feriâ IV. Cinerum, ac propterea fit transferendum] item Feriæ currentis veniat in Quadragesima. Col. Alb.

8. S. JOANNIS DE DEO Conf: non Pontif: ac Ordinis Fratrum Hospitalitatis Fundatoris. Semid. Col. Alb: OFFICIUM [jussu Ss. D. N. Clementis XI. de anno 1714. 4. Martij deinceps ab omnibus Christi Fidei

bus, qui ad HORAS Canonic: tenentur, sub dicto Ritu recitandum hac die &c.] diceretur ut in Commun: Confessor: non Pontif: excepta Oratione, quæ est propria, & Lectionibus, quæ in I. Noct: sunt: *Beatus vir &c.* de Libro Ecclesiastici, ut in Commun: Conf: non Pontif: 2. locò. In II. propria. In III. Noct: uti norantur in locò, suntque desumptæ ex Homilia S. Joan: Chrysostomi in Evang. Dominicæ 17. post Pentec: *Accesserunt ad JESUM Pharisæi &c.* Quodsi autem venerit in Quadragesima, tunc 9. Lectio dicitur de Homilia Feriæ occurrentis, & fit de eadem tam in Officio, quam in Missis privatis Commemoratio; In Ecclesijs autem Cathedralibus, & Collegiatis tunc observandum, quod supra die 4. hujus, quoad *Missas Conventuales.* Est autem Missa hujus Festi: *Os Justi &c.*, exceptò 1. Evangelio, quod sumitur ex Dominica 17. post Pentec. Dic: in ea *Glor: sine Cred:* cum tractu. In Quadrages: Oratio 2. est de Fer: curr: 3. à *Cunctis*, necnon Præf: Quadrages: & in fine Evangel: Feriæ curr: extra Quadrages: verò Oratio 2. à *Cunctis*. 3. ad Libit. Præf. Commun. *Col. Alb.* Vesperæ de sequenti, cum Commemoratione Præcedentis, & Feriæ, si veniat in *Quadrag. Col: Alb.*

9. S. FRANCISCÆ ROMANÆ, Viduæ. Dupl. min. *Col. Alb.* OFFIC: de Comuni nec Virg. nec Mart. Oratio propria. Lectio I. Noct: *Mu-*

lierem Fortem &c. II. propria. III. *Simile est Regnum Cælorum thesauro &c.* 9. Lectio dicitur de Homil: Feriæ occurrentis, & de eadem fit Commemoratio in Vesperis, Laudibus, ac Missa, ut in Proprio de Temp.

Missa: *Cognovi*, de Comuni nec Virg: nec Mart: [in Recentioribus Missal: extans in Ordine] cum *Gloria & Tractu* post Graduale, sine *Credo.* Oratio 1. propr. Commemoratio de Feria. Præfatio Quadragesimalis, si veniat ante Dominicam Passionis; si verò post illam [uti 1693.] tunc Præf: de S. Cruce. In fine Evangel: de Feria curr: at verò in Ecclesijs Cathedralibus & Collegiatis dicuntur hodie, aut si ob occurrentem Dominicam, vel diem Cinerum transferatur hoc Festum, die illo, quo celebratur, duæ Missæ Conventuales, modò supra post initium hujus Mensis descriptò.

In 2. Vesperis fit Commemoratio de Festo sequenti, nisi id transferatur ob occurrentem Dominicam, aut Feriam IV. Cinerum.

10. SS. QUADRAGINTA MARTYRUM. Semidupl. *Col. Rub.* OFFIC: de Comuni plur: Mart. Oratio & Lectiones omnes, ut in proprio loco. 9. Lectio de Homil: Feriæ, ejusdemque Commemoratio in Vesperis, Laudibus, ac Missa, quæ dicitur, uti notatur in Missali, cum *Gloria & Tractu* post Graduale, sine *Credo.* Oratio 2. Fer: curr: 3. à *Cunctis*, si veniat

niat ante Dominicam Passionis; si
verò post Dominicam Passionis, tunc
3. Oratio est Ecclesie, vel pro Papa;
nam in Festis semiduplicibus [uti & in
Missis Privatis] dicuntur 3. Orationes
etiam Tempore Passionis, uti videre est
apud Gavant: & Arnaud: Tr. 1. P.
1. Tit. 9. n. 3. [cum aliqua tamen
exceptione quoad Eccles: Cathedral:
& Collegiat: de qua supra, ac rur-
sum paulò post] esto in Missis de Tem-
pore dicantur tunc tantum duæ, e-
tiam occurrente Festo simplici in ali-
qua Feria illius Temporis, nisi forte
alicubi 2. Simplicia simul occur-
rant, aut ex Præscripto Superioris
dicenda sit Oratio: *DFUS Refugium*,
vel similis; tunc enim, quia propter
talem Orationem aliquam supernu-
merariam, non est omittenda aliqua
ex Orationibus, quas Rubricæ Mis-
sialis 2. aut 3. locò præscribunt, & alias
in earum locum sufficere non licet [ut
monet Arnaud: P. 1. Tit. 9. n. 7.]
per accidens dicentur Tres. Præfat.
Quadragesimalis, si veniat ante Do-
minicam Passionis; si verò post il-
lam, tunc Præfat: de Cruce. In fin.
Evangel: de Fer: curr: Quòd si hoc
Festum incidat in Fer: V. post Cine-
res, tunc Oratio Secreta 2. in Missa hujus
Festi sumenda est ex Feria VI. mox
subsequente. Gav. Tom. 1. P. 1. Tit. 7.
n. 8. lit. Q. circa fin. Si idem Festum
incidat in Feriam III. Hebdomadæ
I. in Quadragesima, tunc Postcommu-
nio 2. pro Feria currente accipi debet

in Missa Festi ex Feria IV. sequen-
Gav. ibid. ob rationis paritatem.
In Ecclesijs Cathedralibus & Co-
giatis cantantur quoque in hoc F[est]o
[etiam cum transfertur] duæ
sæ Conventuales modò superius
initium hujus Mensis descrip-
ter tamen ante, & aliter post
Dominicam Passionis, ut ibi: nam
Dominicam Passionis in utraque
cuntur tantum duæ Orationes, quæ
pe secunda Ecclesie, vel pro Pa-
Gav. Tom. 1. P. 4. Tit. 15. n. 6. et
dicantur in Missis privatis de He-
mid: uti & in votivis, etiam illo T[em]p[or]e
Arnaud. supra cit. VESPERAS, nisi
occurrat Dominica, aut Festum
tion: dicuntur integræ de Commem-
plur. Mart. ut ibi in 2. Vesp[er]is, cum
Commemorat: Feriæ occurrit. Col. 1.
12. S. GREGORII MAG. P[ap]æ
Conf. & Eccles: Doct. Dupl. in
Col. Alb. OFFIC: de Commem[or]atione
Pont. Antiphona ad Magnificat[ionem]
utrisque Vesp[er]is: O Doctor opt[im]us
Oratio propria. Lect. I. Noct: Magni-
tiam omnium Antiquor: de Commem[or]atione
Doct. II. & III. Noct: propria.
sponfor. 8. in Medio Ecclesie Cr[uce], cum
Lect: de Homil: Feriæ curr[entis]
démque Commemoratione in utra-
que Vesp[er]is, ac Laudibus.
MISSA, uti notatur in Præ-
Sanctor: cum Glor: Cred: Tractu [post
Graduale] ac Commemoratione
riæ curr[entis]. Quòd si ex mandato Super-
ioris dicenda alicubi sit hodie
12

ratio pro Gratiarum actione [exstans
in fine Missæ Votivæ de S. Trinitate]
dicenda illa est in Missis privatis
tertio loco, non autem sub una con-
clusionione cum prima, ut contra Quarti
tenent, ac ex Gav: probant Arnau-
dus Tr. 1. P. 1. Tit. 9. n. 8. & Lohner
Infr. 1. P. 2. Tit. 11. n. 5. Præfat: Quadra-
ges: si veniat ante Dominicam Pas-
sionis; si autem post illam, de S.
Cruce. In fin: Evang: Fer. Col. Alb.

In Ecclesijs Cathedralibus & Colle-
giatis cantantur etiam in hoc Festo
2. Missæ Conv. modò supra post ini-
tium hujus Mensis descriptò.

In 2. Vesperis fit Commemoratio
Feriæ curr: aut, si hodie sit dies Sab-
bati, Dominicæ subiequentis. Col. Alb.

Ubi S. Gregor: M. est Patronus
Ecclesiæ, sic de eo ad eum modum,
quò infra 19. Mart. dicitur.

17. S. PATRII Episc: Conf.
Semid. Col. Alb. OFFIC: de Comuni
Conf. Pont. Oratio propr. Lect. I.
Noct. Fidelis sermo &c, de eod. Com-
muni. II. Noct: propr. III. Noct: Ho-
mo peregrè proficiscens, ut in dicto
Comuni Conf. Pont. 9. Lectio de
Homilia Feriæ occurrit: ejusdemque
Commemorat: in utrisque Vesperis,
ac Laudibus, si celebretur in Quadrag.

Missæ: Statuit, de Comuni
Conf. Pont. cum Glor: & Tractu [post
Graduale] sine Cred. Orat. 2. de Fer.
3. & Cunctis si veniat ante Domini-
cam Passionis; si verò post illam 3.
Oratio erit Ecclesiæ, vel pro Pap: ut

suprà 10. hujus. Præfat: Quadra-
gesimalis si veniat ante Dominicam
Passionis; at verò post illam de S.
Cruce. In fin. Evang. Fer. Col. Alb.

In ECCLES. CATHEDR: & COL-
LEGIAT: verò dicuntur in hoc Festo,
si celebretur in Quadagesima, 2.
MISSÆ CONVENTUALES modò supra
post initium hujus Mensis, ac 10.
Martij descriptò.

Si autem hoc, aut aliud ex se-
quentibus Festis 9. Lectionum veniat
infra majorem Hebdomadem, aut
Octavam Paschæ, transfertur post
Octavam, ac postea primum juxta
Rubric: de Translat. Feslor. fit de eo Ri-
tu Paschali, h. e. descriptò in Ru-
bricâ, Festo ANNUNTIATIONIS B. V. nec-
non Communi plurim. Martyrum in

Breviario, ac Missali Romano præ-
fixâ, dicendo scilicet in Officio tres
Psalmos cujuslibet Nocturni sub pri-
ma tantum Antiphona illius Noctur-
ni [servato Ritu duplici vel semidu-
plici, pro Qualitate Festi] ac in fine
recitationis Antiphonarû, Versum,
& Responsoriorum addendo Alleluja

[nisi jam adsit] illudque duplican-
do in Responsorij brevibus, ad eum
modum, quò in Dominica in Al-
bis; præterea in Semiduplicibus [ex-
ceptis diebus infra aliquam Octa-
vam occurrentibus, etiamsi Officium
non fiat de Octava] faciendo Com-
memoratione de Cruce in Laudibus
& Vesperis per Antiphonam, Ver-
sum, & Orationem annotatam Fe-

riâ II. post Dominicam in Albis. In Missa verò in fine INTROITUS ante Psalmum dicendo duo *Alleluja*, & in fine OFFERTORII, & COMMUNIONIS unum *Alleluja*, nisi jam adsit; omissoque post Epistolam Graduali recitando duos Versus cum 4. *Alleluja* [uti post Epistolam Sabbati in Albis notatur, ac suis locis ponitur] nec non Præfationem Paschalem, nisi Missa, quæ dicitur, propriam habeat; ac denique hæc omnia observando totò illò Tempore, quod est inter Pascha, & Pentecosten, etiam in alijs Festis B. M. V. necnon Ss. Pontificum, Confessorum, Virginum, non Virginum, Dedicacionis Ecclesie, & aliorum, pro quibus non datur *particulare Officium* pro Tempore Paschali, uti & in *Missis Votivis*; At verò de Ss. Martyribus [seu Uno seu Pluribus] dicendo *Officium*, & *Missam*, prout vel propriò suò loco, vel in *Communi Martyrum Tempore Paschali* notantur. Vide dicta P. I. Feria II. post Dominicam in Albis.

VESPERÆ, si cras non fiat de Festo 9. Lctionum, aut de Dominica, integre dicuntur de S. Patricio, uti in Comuni Confess. Pontif. cum Commemorat: Feriæ current: si celebratur in Quadrag: Col. Alb. Ubi verò 18. Martij de licentia Sedis Apostolicæ celebratur Festum S. GABRIELIS Archangeli, ibi Vesperæ integre de hoc dicuntur, cum Commemoratione S. Patricij, & Feriæ curr. Col. Alb.

18. Quibusdam in locis, & in minatim in Hispania, celebratur die ex Indulto Sedis Apostolicæ festum S. Gabrielis Archangeli [ut verò, ut infra dicitur, 24. hujus] Ritu dupl: majore, prout notatur sine quorundam Breviariorum hunc diem. Si id celebretur in Quadragesima, fit Commemoratio, dicitur 9. Lectio de Feria occurrere & tunc conveniens esse, ut 9. Lectio Festi jungatur Lectioni Octavæ eisdem, adeoque ex duabus fiat unum, monet Pisartus in *Dir: Can: Refra: ad Tit. 26. Rubr: Gen:* Sed si venerit aliqua Dominicarum Quadragesimæ, tunc juxta Rubricam extantem in fine Missæ transferretur in Feriam V. sequentem, nisi Dominica illa Dominica in Palmis; nam si venerit in Dominica Palmarum, aut in majori Hebdomade, transferretur post Octavam Paschæ, post Festum Annuntiationis, juxta eandem Rubricam; dicendo tum tres Psalmos, juslibet Nocturni sub prima Antiphona illius Nocturni, ac adhibendo Invitatorio, Antiphonis, Versibus, Responsorijs brevibus, eorundem Versiculis &c in fine *Alleluja*, ut sup. Col. Alb.

MISSA dicitur, prout notatur sine Missalis ad 18. Martij cum *Gloria* & *Cred:* necnon Commemoratione Feriæ, si celebretur in Quadragesima, ejusdemque Evangelio in fine Missæ, ac Præfatione de Tempore

tempore vel Quadragesimali, vel Paschalis. Si transferatur post Pascha, dicitur eadem Missa, sed Ritu Paschali [de quo die præcedente] & cum Præfatione Paschali. *Col. Alb.* Si celebratur in Quadragesima: tunc in Ecclesijs Cathedralibus & Collegiatis dicuntur 2. Missæ Conventuales, ut supra 10. hujus.

Vesperæ dicuntur Regulariter de S. Joseph, Confess. sub Ritu duplici 2. Classis, cum Commemoratione S. Gabrielis, & [si celebratur hodiernum Festum in Quadragesima] Feriæ currentis, omnia dicendo, ut in propr. norantur loco in novo hujus SANCTI Officio, recentissimè à Ss. D. N. Clemente XI. novis Antiphonis, Versibus, Lectionibus primi Nocturni, Responsorij, & Capitulis, nec non proprio Invitatorio de præcepto deinceps recitandis, donato. *Col. Alb.* Si Festum S. Josephi transferatur, tunc in 2. Vesperis S. Gabrielis omnia dicuntur, ut in primis, & locò ultimi Psalmi Psalmus: *Confitebor tibi Domine, in toto corde meo; quoniam &c.* Versus verò, & Antiphona ad *Magnificat*, ac Oratio, uti notantur in loco. *Col. Alb.*

19. S. JOSEPH, Sponsi B. M. V. & Conf. Dupl. 2. Classis atque etiam in Foro celebre in universali Ecclesia de mandato Gregor. XV. 1621. *Col. Alb.* OFFICIUM exceptis Psalmis [qui sumuntur de *Communi Confes-*

foris non Pontificis] dicitur prout modò notatur in proprio loco, cum proprio Invitatorio, necnon proprijs Antiphonis, Versibus, Lectionibus, Responsorij, & Capitulis. Si celebratur in Quadragesima, tunc [ut etiam observat Pisartus in Direct. Can: Reflex: 15. ad Tit. 26. Rubr.] ex Octava, & 9. Lectione convenienter fit una, nona autem Lectio tunc dicenda est de Homil. Feriæ occurrentis, ejusdemque facienda Commemoratio in Laudibus, ac utrisque Vesperis.

Missæ propria, cum Glor. & Tractu post Graduale, nec non Commemoratione Feriæ curr: ejusdemque Evang. in fine, si celebratur in Quadragesima. attamen sine *Credo*, nisi ubi est *Patronus loci* [ut ajunt esse Provinciarum, seu Ditionum Austriacarum, saltem alicubi, aut aliquarum] vel *Propria Ecclesia*. Præfatio de Tempore, scilicet vel Quadragesimali, vel Passionis, vel Paschali, prout hoc, vel illo celebratur; & siquidem celebratur post Octavam Paschæ, dicenda est Missa Ritu Paschali, ut supra 17. hujus. *Col. Alb.* Si celebratur hoc Festum in Quadragesima dicuntur in *Ecclesijs Cathedralibus & Collegiatis* duæ Missæ Conventuales, ut supra 10. hujus.

Si cadat idem hoc Festum in Dominicam Palmarum, aut aliquam trium subsequentium Feriarum majoris Hebdomadæ [prout in Feriam

IV. illius cecidit 1704.] tam quoad Officium, quam quoad Missam transferatur ad Fer. III. post Dominicam in Albis, nec potest ulla Missa (ne quidem votiva solennis) Dominica illa, aut Feria majoris Hebdomadae de illo dici. Idemque est de sequentibus Festis, si incidant in quamcunque diem majoris Hebdomadae, aut primum Triduum Paschae. Tamen autem transferatur in ejusmodi casu Festum S. Josephi in Choro post Octavam Paschae, in Foro tamen (hoc est quoad obligationem audiendi Missam, & abstinendi ab opere servili &c) non transferatur, sed observandum est suo die: Quod si incidat in Dominicam Passionis, tunc quidem (etiam ibi, ubi est Patronus) non potest celebrari in illa Dominica in Choro, sed transferri debet in Choro in Diem proximam Festo 9. Lectionum, aliove Officio privilegiato non impeditam, possunt tamen ibi, ubi est Titulus Ecclesiae, vel concursus Populi ad celebrandum id Festum [par ratio est de sequentibus, aliisque hujusmodi Festis] Dominica illa cantari duae Missae solennes, una de Die, altera de Festo, aut saltem in Missa principali de die fieri Commemoratio de Festo juxta Rubr. Gen. VI. Missal. apud Gav. modò alibi declarato; & à fortiori id ipsum fieri poterit in alijs Dominicis Quadragesimae anterioribus, quae tantum sunt 2. Classis; imò si in Dominicam ejusmodi

2. Classis, v. g. secundam, vel tertiam aut quartam Quadragesimae, incidat Festum S. Josephi, potest, ac debet illud in Ecclesia propria, cujus S. Josephus est Patronus Titularis, & mino etiam quoad Officium & Missam sub Ritu dupl. 1. Classis celebrari ejusmodi Dominica majore 2. Classis cum Commemoratione Dominici in utriusque Vesperis, Laudibus, Missa, nec non cum 9. Lectione ead. Dominica in Officio, & ultra Evang. in Missa. Idem est de quocunque alio Festo Patroni seu Titularis propriae Ecclesiae, uti & Dedicacionis ejusmodi in Dominicis 2. Classis occurrentibus. P. 1. dictum; cum Octava tamen Festum etiam Patroni, aut Dedicacionis propriae Ecclesiae, seculo specialiter privilegio celebrare in Quadragesima non est concessum per Rubricam de Octavis n. 1.

Quod si Festum S. Josephi occurrat in Feria V. majoris Hebdomadae [quod contigit 1693.] tunc ex Decreto Sac. Rit. Congr. de año 1692. 13. Septembris, in Choro quidem [h. e. quoad Officium, & Missam de eo Recitationem] transferendum est juxta Rubr. post Octavam Paschae; at vero quoad Praeceptum, seu obligationem audiendi Missam, & vacandi ab operibus servilibus non est transferendum, sed observandum eam ipsam Feriam V. majoris Hebdomadae; accuratè tamen per Ordinarios Locorum tunc providendum ut eò die aliqua quidem Missa per

P. II. vata, an
sa Conv
plemen
non tam
Communi
eius diei
sive Sac
Memoria
ne hact
omittatur
Decr.
Ca
S. Josephi
juxta Ru
est tran
in majori
tra Octa
rursum
1692. pr
Annunt
stum S.
creto ali
año 16
ratione,
prius se
(ut exc
Marij
Seph
Classis.
hac Exc
dem ap
In
celebrer
sima) fi
chim (p
tionem
& de Fe

vax, ante celebrationem solitæ Mis-
sæ Conventualis pro Præcepti adim-
plimento celebrandæ, non desint,
non tamen propterea antiquus mos
Communions Cleri in Missa solenni
ejus diei, quo Ecclesia Ss. Euchari-
sticæ Sacramenti Institutionem, &
Memoriam recolit, summa Religio-
ne hætenus retentus, ullatenus
omittatur, uti habetur in eodem
Decr.

Cæterum, quando tam Festum
S. Josephi, quàm Annuntiationis B. M. V.
juxta Rubricas post Octavam Paschæ
est transferendum (eò quòd unum
in majori Hebdomade, alterum in-
tra Octavam Paschatis occurrat) tunc
rursus ex Decreto S. R. C. de anno
1692. prius reponendum est Festum
Annuntiationis, ut infra, quàm Fe-
stum S. Josephi, non obstante De-
creto alio anteriore in contrarium de
anno 1682. 13. Junij emanato, nec ea
ratione, quòd Festum S. Josephi sit
prius seu antiquius translatum, nisi
(ut excipit Pisarrus, infra die 25.
Martij ante fin: citandus) de S. Jo-
sepho ut Patrono fiat Officium 1.
Classis. Verùm quid sentiendum de
hac Exceptione ego existimem, ibi-
dem aperiam.

In II. VESPERIS S. Josephi (si
celebretur die suo, & in Quadrage-
sima) sit Commemoratio de S. Joa-
chim (per Antiphon: Vers: ac Ora-
tionem propriam, ut in Breviario)
& de Feria currente. Col. Alb.
[Pars II.]

20. S. JOACHIM, Patris B. M. V.
& Conf. Dupl. min. Col. Alb. OFFI-
cium, ut in Communi Conf. non
Pont: ac propr. locò, ubi Oratio, An-
tiphona, ac Versus ad Magnificat in
I. Vesperis, nec non ad Benedictus
propr: assignantur. Lectiones I. Noct.
Beatus Vir &c. de Communi Confess.
non Pontif. 2. locò. II. & III. Noct.
propriæ. Si celebretur in Quadra-
gesima, tunc ex Octava, & nona Le-
ctione Festi, convenienter juxta Gav:
& alios, sit una (cùm in ea, ut notat
Arnaud, contineatur sumum S. Joa-
chim Privilegium) nona autem Le-
ctio tunc dicenda de homilia Feriæ
currentis, ejusdemque facienda Com-
memoratio in Laudibus, ac utrisque
Vesperis.

MISSA propria, cum Glor: &
Tractu post Graduale (si celebretur
in Quadrages.) attamen sine Credo,
nisi in propr. Ecclesia. Initium S. E-
vangelij Secundum Mattheum. Comme-
moratio Feriæ currentis, cum ulti-
mo de ead. Evangelio, si veniat in
Quadrages. Præfatio de Tempore,
scilicet vel Quadragesimali, vel de
Passione, id est, de Cruce, si celebretur
intra illud Tempus, vel denique
Paschalis, si celebretur post Pascha,
& tunc dicenda est Missa Ritu Paschali,
ut supra 17. hujus. Col. Alb. Quòd si
celebretur hoc Festum in Quadrage-
sima, dicuntur in Ecclesijs Cathedra-
libus & Collegiatis. 2. Misse Conventu-
ales, ut supra 10. hujus. Ubi S.
M Joa-

Joachim est Patronus propriæ Ecclesiæ, procedendum est, ut die præced.

In II. Vesperis (quæ usque ad Capitulum sunt de S. Joachimo) omnia dicuntur de Communi Confessi: non Pontif. sed à Capitulo de S. Benedicto Abbate, cum Commemoratione S. Joachim (per Antiphon: & Vers: de eod. Communi) ac Feriæ occurrit: si celebraretur in Quadrages. Oratio de S. Benedicto: *Intercessio nos &c.*, de Commun. Abbat. *Col. Alb.*

21. S. BENEDICTI Abbat. Dupl. min. *Col. Alb.* OFFICIUM de Communi Conf. non Pontif. Lektionen I. & II. Nocturni propriæ. III. Noct. *Ecce nos reliquimus omnia*, uti in Commun. Abbatum. Nona Lectio de Homilia Feriæ occurrentis, ejusdemque Commemoratio in Vesperis, Laudibus, ac Missa, si celebraretur in Quadragesima.

MISSA: *Os Justi &c.*, de Communi Abbatum cum *Gloria & Tractu* (post Graduale) nec non Commemoratione de Fer. occurrente, si celebraretur in Quadrages. atramen sine *Credo*, nisi ubi est Patronus Ecclesiæ, vel Ordinis. Præfatio, & reliqua, ut heri. *Col. Alb.* Si celebraretur in Quadrages. in *Eccles. Cathedr. & Collegiat.* dicuntur 2. Missæ Conventuales (ut supra 10. hujus) & in 2. Vesperis fit Commemoratio Feriæ occurrentis. *Col. Alb.*

Ubi S. Benedictus est aut Titula-

ris Ecclesiæ, aut Ordinis Patronus, celebratur sub Ritu dup. 1. Classis, etiam cum incidit in Dominicam majorem 2. Classis, & quidem à Religiosis Ordinis S. Benedicti etiam tunc in Octava, quando celebratur in Quadragesima, vi specialis Privilegii quò celeberrimus hic Ordo gratè Teste Georgio Geisler apud P. G. bat Tom. 1. P. 1. Tr. 5. n. 658.

23. Ubi ex Indulto Sedis Apostolicæ Cras celebratur Festum Gabrielis Archangeli, ibi hodie celebrantur de eo Vesperæ sub Ritu de majore, cum Commemoratione occurrentis, siquidem celebraretur in Quadragesima, & non post Octavam Paschæ transferatur. *Col. Alb.*

24. Cum Augustiss. Leopoldus Imperator electus suis litteris, Serenissimo Domino nostro portuiss. & per eundem ad Sac. Rit. Cong. remisiss. supplicasset, ut Festum Archang. Gabrielis (sub cuius Tutelam ex singulari sua in eum devotione militares Copias contra immanissimum turcarum Tyrannum transmissas se subdidit) sicut in quibusdam Provincijs, & à Franciscana Familia communi OFFICIO & MISSA sub Ritu dupl. majore celebratur, ita pariter Romano Imperio, & Regnis, & Provincijs suis hæreditarijs, & omnibus utriusque Sexus Christianis Fidelibus tam Sæcularibus, quam Regularibus, qui ad Horas Canon.

nicas tenentur, hujusmodi Festum
 cum iisdem Officio, & Missa, ac
 sub eodem Ritu duplici majori ce-
 lebrari possit, & valeat, eadem
 Sac. Congregatio pijs precibus Ma-
 jestatis Cæsareæ benignè inclinata,
 gratiam desuper petitam indulfit,
 arque concessit die 17. Junij 1684.
 ut ex Decreto à Sac. Rit: Congr. his
 iisdem ferè Verbis concepto, ac dis-
 cto die, & anno emanato constat:
 quia autem permittit Decretum,
 Officiò, & Missâ celebrari hoc Fe-
 stum ad eum modum posse, quò ce-
 lebratur tum in quibusdam Provin-
 cijs (in quibus celebratur 18. Martij,
 ut supra) tum à Franciscana Familia
 (celebrante illud 24. Martij, Officiò
 & Missa diversis ab Officio & Missa
 aliarum Provinciarum) ideo non
 malè inferri viderur, in Sac. Rom:
 Imper: ac dictis Regnis, & Provin-
 cijs Hæreditarijs Augustissimæ Dò-
 mus Austriacæ, posse utrolibet mò-
 dò celebrari, vel eò scilicet modò
 ac die, quò illud celebrat Familia
 Franciscana, vel eò, quò id aliæ Pro-
 vincie de Sedis Apostolicæ Licentia
 celebrant. Directorium Ratisbonen-
 se, & alia quædam assignant ei diem
 18. Martij cum Officio, & Missa ex-
 tantibus ad dictam diem in Appen-
 dice Breviarj, ac Missal: Rom: at
 verò Directorium Viennense, & plu-
 ra alia diem 24. pro Rom: Imper: &
 dictis Regnis, ac Provincijs Hære-
 ditarijs. Id ipsum traditur in Supple-

mento Breviarj Monastico-Benedi-
 ctini, Salisburgi 1692. impresso, ubi
 pag. 394. hæc leguntur: die 24.
 Mart. Festum S. Gabrielis Archan-
 geli sub Ritu Dupl. maj. in Romano
 Imperio, Regnis, & Provincijs Hæ-
 reditarijs suæ Cæsi: Majest: celebran-
 dum de Indulto. Quisque sequatur
 morem receptum in sua Provincia,
 aut Diocesi, eaque de reliquò obser-
 ver, quæ supra die 18. Martij in me-
 dium sunt allata, tam quando in
 Quadragesima, quàm quando post
 illam celebratur: nominatim au-
 tem observandum, ut, si celebretur
 in Quadrages: dicantur tunc in *Ecclesiæ
 Cathedr: & Collegiatis* duæ Missa *Con-
 vent:* modò supra post Initium hujus
 Mensis, ac die 1. ejusdem declara-
 tò: præterea in casu, quò celebra-
 tur in Quadragesima, sit Commemo-
 ratio Feriæ curr: tam in *Officio*, quàm
 in *Missis privatis*, & legitur de eadem
 FERIA nona Lectio in Officio, ac ulti-
 mum Evang: in Missis privatis: At
 verò 9. Lectio ipsius Officij tunc conve-
 nienter jungitur Lect: Octavæ ejus-
 dem, faciendo ex duabus unam, ut no-
 tat *Risart loc: supra citato, ac infra citando.*

VESPERÆ hodiernæ dicuntur de
 Festo sequenti (nisi hoc transfera-
 tur) ut in propr: loco notantur, cum
 Commemorat: præcedentis, & Fe-
 riæ currentis, aut crastinæ Dominicæ.
Col. Alb. Quòd si verò Festum Annun-
 tiationis transferatur, tunc integræ
 erunt de S. Gabriele, (si hodie cele-
 bre

bretur) ac locò ultimi Psalmi diceretur Psalm: *Confitebor tibi Domine in toto corde meo; quoniam &c.* ut supra 18. Martij: Ad Completorium alioquin in fine Hymni dic: *GESU tibi sit Gloria, qui natus es &c.* Col. Alb. Quòdli hodie celebratum fuerit *Festum 7. Dolorum B. V.* (quod ex Indulto Sedis Apostolicæ in Hispania, ac Germania concessum est celebrari Fer. VI. post Dominicam Passionis modò supra P. I. *Feria* illà VI. à me descriptò) tunc in 2. Vesperis nihil amplius fit de eo, ne quidem Commemoratio, sed totæ hodiernæ Vesperæ dicuntur de *Festo Annuntiationis*, cum Commemorat: solius *Feriæ*. Col. Alb. Quocunque autem die *Festum Annuntiationis B. V. M.* celebretur, debent in *Vesperis*, quæ de eo *Solenniter* cantantur, ad Intonationem Hymni: *Ave maris Stella &c.*, observari ea ab Officiatore, & ejus Ministris, quæ supra die 23. Januarij circa finem ex Bauldryo & Lohnerò retuli.

25. ANNUNTIATIO B. V. M. Duplex 2. Classis. Col. Alb. OFFICIUM, ut in propr: loco, & ejus Officio parvo; nisi quòd in *Matutino* locò nonæ Antiphonæ dicatur Antiphona: *Angelus Domini &c.* ut ibi. Si celebretur in *Quadragesima*, nona Lectio dic: de Homil: *Feriæ* occurrentis cum ejus Commemoratione in *Laudibus*, ac *Vesperis*; ex *Lectio* autem *Octava*, ac ea *Festi*, quæ alioquin esset nona, convenienter tunc

una fiet. *Pisart* supra cit. libro in *Præfatione SANCTOR: Rest: 22.* In fine Hymnorum (exceptò Hymno: *Ave maris Stella &c.*) dic: *GESU tibi sit gloria, natus es &c.* Col. Alb.

MISSA propr: cum *Glor: Ord: Tractu* (post *Graduale*) ac *Commemoratione Feriæ*, si celebretur *Quadragesima*. *Præfat: de B. V. te in Annuntiatione.* In fine dic: *Evangelij*. Fer: curr: si celebretur in *Quadragesima*: in *Ecclesijs* autem *Cathedralibus Collegiatis* dicuntur tunc 2. *Missæ* *venit*: modò supra post *Initium Mensis*, & die 10. ejusdem *decembris*. Norandum porrò est, quòd *Verba illa Symboli: Et incarnatus est &c.*, celebrans in *Missis privatis* non flectat utroque genu, sed uno tantum, ut facilius surgat; idque iustum usum *Communissimum*, Teste *Constitutione Tom. I. P. I. Tit. 17. n. 3.* at verò in *Missis solenni* surgit à *Sede*, & super *inchoat* *Gradu* in *Cornu Epistolæ* *hec* *pro* *novæ* *verba*, ad ea *verba*, & quando *conversatur* *Homo factus est*, insuper *Caput* *inclinat*; aut si non *sedeat* *sub* *Symbolo*, tunc ad *Incaratus est &c.* in *superiori* *Altaris* *Gradu* *genuflectit*, ad dicta *verba* *Caput* *profundè* *inclinat*. *Lohn. &c.* Si verò *transfertur* *Festum Annuntiationis*: post *Octavam* *Incarnati*, tunc *OFFICIUM* & *MISSA* de *hodiernæ* *Festi* dicuntur *Ritu Paschali*, descripto in *Rubricâ*, huic *Festo* in *Breviario* & *Missali Romano* *immediatè* *post* *festum*

festi. Col. Alb. In 2. Vesperis dicuntur omnia ut in primis, excepta Antiphona ad Magnificat, quæ est: Gabriel Angelus &c, ut ibi, fitque Commemoratio (si celebretur in Quadragesima) Fer. current. Col. Alb. Quod si cras occurrat Festum 7. Dolorum B. V. ibi, ubi est concessum, tunc in hodiernis Vesperis non fit de eo Commemoratio.

Quando idem Festum 7. Dolorum B. M. V. (quod juxta dicta multis in Locis ex concessione Clementis X. celebratur Fer. VI. post Dominicam Passionis, & Ditionibus in Imperio Romano, & Ditionibus Regi Catholico subjectis) impeditur ea die ab Officio altioris Ritus, aut dignitatis, uti contingit, quando in illam Feriam VI. Cadit Festum Annuntiationis B. M. V. tunc Festum Dolorum transfertur in Sabbatum immediate sequens non impeditum Festo 9. Lctionum; ac non ulterius, si sequens Sabbatum sit dicto modo impeditum (v. g. Festo S. Joachimi, uti contingit annò 1717.) idque ex Decretis, ut ajunt, S. R. C. de anno 1693. 26. Februarij: Quod ipsum quoque constat ex Rubricâ, illi Missæ in Appendice quorundam Missalium præfixâ, quæ ita habet: Si hoc Festum occurrat cum alio Duplici primæ vel secundæ Classis, transfertur ad Sabbatum sequens: Quod si sit impeditum aliò Festo 9. Lctionum, illò annò omittatur, & nunquam transferatur ad Tempus Paschale.

CIRCA FESTUM ANNUNTIATIONIS B. M. V. NOTANDA ulterius sunt sequentia: I. Quando hoc Festum incidit in Dominicam Palmarum, vel in Feriam II. vel III. vel IV. vel V. Majoris Hebdomada, vel in quamcunque Diem Hebdomada Paschalis à Dominica Paschalis usque ad Dominicam in Albis inclusive, tunc quidem in Choro (h. e. quoad OFFICIUM & MISSAM de ipso recitanda) transfertur in Ecclesia universali post Octavam Paschæ, & quidem in Feriam II. post Dominicam in Albis, non tamen perinde transfertur tunc etiam in Foro, seu quoad obligationem audiendi Missam, ac abstinendi ab operibus servilibus, sed quoad hæc duo observandum omnino est eo ipso die, in quem cadit: imò si post primum Triduum Paschæ intra hujus Octavam occurrat, potest ibi, ubi Annuntiatio est Titulus, vel Concursum Populi ad celebrandum ejus Festum, Missa una votiva solennis ea die cantari, ut postea diceretur, ac rescriptum Romæ 20. Februarij 1693. quò memoratum Annuntiationis Festum incidit in Feriam IV. post Dominicam Resurrexerit Domini. II. Quando verò idem Annuntiationis Festum occurrit in Feria VI. in Parasceve, aut in Sabbato Sancto, tunc ex Decr: Sac: Rit. Congr: de anno 1690. II. Martij (extante apud Dominicum Macrum in Hierolexico Verbo: Parasceve) ab Alexandro VIII. approbato; non modò in Choro (hoc est

est, quoad *Officium* & *Missam* de ipso recitanda) sed etiam in *Foro*, id est, quoad *Præceptum*, seu *Obligationem audiendi Missam*, & *Vacandi ab operibus Servilibus*, transfertur in *Feriam II.* post *Dominicam in Albis*, protracto, seu translato ad aliam Diem quocunque alio Festo in eâ *Feriâ II.* forsan occurrente, nisi hoc fuerit altioris Ritus. Si enim Festum eâ *Feriâ II.* Occurrens fuerit 1. *Classis*, tunc Festum *Annuntiationis B. V.* adhuc quidem in *Foro* celebratur *Feriâ illâ II.* At verò in *Choro* est transferendum in aliam diem proximam, *Officiò 9.* *Lectio*num non impeditam: licet enim *Annuntiatio* ob Festum altioris Ritus, in eâ *Feriâ II.* occurrens, ulterius quoad *Officium*, & *Missam* in tali casu protrahatur, non tamen ideo protrahitur etiam *obligatio audiendi Missam*, & *Vacandi ab operibus Servilibus*, utpote affixa illi *Feriæ II.* pro casu, quò *Annuntiatio B. V.* in *Feria VI. Parasceves*, aut *Sabbatò Sancto*, occurrit.

Quòd si alicubi in prædicta *Feria II.* occurreret quidem *Duplex 1. Classis*, si tamen in eo loco etiam ipsa *Annuntiatio* celebraretur sub eodem Ritu, nempe 1. *Classis* (eò quòd v. g. sit *Titulus Templi*) tunc *Annuntiatio* (casu quo die suo proprio celebrari non potest) *Feriâ illâ II.* forer celebranda modò antè declaratò; illud autem aliud Festum *Duplex 1. Classis* in ejusmodi loco esset transferendum in Diem aliam proximè non impe-

ditam; quia enim *Feria illa II.* præ allegatum *Decretum* est. seu *Sedes propria & fixa* pro *Festa Annuntiationis*, à *Die Parasceves*, aut *Sabbatò Sancto*, si alterutro horum occurrat translato, ità, ut (sunt verba *Decreti*) *prædicto casu eveniente, eadem II. pro Sede propria, & fixa memorato Annuntiationis assignata perpetua intelligatur*, non tantùm in *Ordine* dicendum de eò *Feriâ illa II.* *Officium & Missam*, sed etiam quoad *Præceptum* seu *obligationem audiendi Missam*, & *Vacandi ab operibus Servilibus*, ut ead. *S. R. C. 14. Junij 1692.* declaratur apud *Monacelli Bullar: Innoc. XIII.* ideo censetur etiam ipsa *Annuntiatio* in tali casu occurrere eadem atque in casu, quo duo duplicia eadem Ritus simul occurrunt, *Officium & Missa* sunt de *Digniore*, translato item de *minus Digno*, uti habetur *Rubricæ Genr: X. Breviar: n. 6.* ergo cùm *Annuntiatio*, tanquam Festum *B. V. M.* Festum dignius, quàm Festum *alio Sancti* eadem *Feriâ 2.* occurrere, licet ex suppositione, quòd utrumque habeat eundem Ritu(m) (nempe 1. *Classis*) illud prius huic posteriori licet occurrere erit præferendum. licet *Annuntiatio* [ubi non est *Titulus Ecclesie, &c.*] sit tantùm *Duplex 1. Classis*; licet item *Rubrica* modo allegata n. 7. de *Translatione Festerum* hunc modum disponat: *Si plura Festa 9. Lectio num sint transferenda, pro transferatur duplex, quàm semiduplex,*

inter plura duplicia, quod est magis solenne, semper prius transferatur, & prius celebratur; alioqui, si sint equalia, unum ante aliud transferatur eo Ordine, quod erant celebranda in proprijs Diebus; quia tamen Feria II. post Dominicam in Albis est Dies fixa pro Festo Annuntiationis in eventum, quò Ferià VI. in Parasceve, aut Sabbatò Sanctò occurrens die sibi proprio celebrari non potest, & insuper Annuntiatio est Festum dignius Festò S. Josephi, ideo sequitur primò, in casu, quò Festa S. Josephi, & Annuntiationis simul sunt transferenda, prius faciendum esse de Annuntiatione, quàm de S. Josepho [esto huius Festum sit antiquius translatum, quàm Festum Annuntiationis, & æque, quàm istud, sit 2. Classis] uti Sac. Rit. Congr. [antiquato aliquo anteriore Decreto in Contrarium] 1692. 14. Junij decrevit, ac in ipsa rube Roma 1693. fuit observata, dum in Diem 30. Martij, quæ erat Feria II. post Dominicam in Albis, Festum Annuntiationis, in sequentem Feriam III. verò Festum S. Josephi fuit translatum; quorum posterius annò illò in Feriam V. in Cœna Domini, prius verò in Feriam IV. infra Octavam Paschæ incidere: Id ipsum practicum est Romæ, & alibi etiam annò 1704. quò Festum Annuntiationis, tunc incidens in Feriam III. Paschæ, pariter translatum est, in Fer. II. post Dominicam in Albis; Festum verò S.

Josephi, tunc incidens in Fer. IV. majoris Hebdomadæ translatum similiter est in Fer. III. post Dominicam in Albis, quæ annò illò cadebat in Diem 30. Martij, quâ in Directorio Romano illius anni leguntur sequentia: *Vespera de Annunt. Comm. Dominica. Officium Annunt. B. M. V. proponitur alijs Festis etiam prius translatis, & equalis Ritus, ex Privilegio semper servando juxta Mandatum S. R. C. Cæterum non modò Festum S. Josephi, sed etiam Annuntiationis in solo Choro fuit translatum in dictos Dies; nam Festum S. Josephi de facto in Foro nunquam, sed tantum in Choro; Annuntiationis verò Festum tunc solum tantum in Foro, quàm in Choro transfertur, quando occurrit in Die Parasceves, aut Sabbato Sanctò, ut ex suprà dictis, ac ibid: allegatis Decretis de aho 1690. 11. Martij, ac 1692. 13. Septembris item ex quadam Declaratione Pontificia, facta 14. Junij 1692. Bullar: Innoc: XII. 106. constar. Quibus equidem Decretis etiam nostra Diœcesis Brixinensis annò 1693. & deinceps laudabiliter se conformavit, cum antea juxta Statutum Synodale Diœcesanum de anno 1603. in RUBRICA seu TITULO de Festis n. 6. Festum Annuntiationis in majore Hebdomade occurrens, tam in Foro, quàm in Choro more quarundam aliarum Diœceson anticipasset ad Sabbatum, aut Feriam VI. ante Dominicam Palmarum. Vide P. Gobat,*

Tom. I. P. 1. Tr. 3. à n. 224. & Tr. 5. à n. 102. ubi fusè de hoc Festo incidente in *Parasceve*, ac *Sabbatum Sanctum*, variisque Germanarum quarundam Diœceseon in eo transferendo tunc Temporis Praxibus tractat. Sequitur 2. Quòd licèt *Annuntiatio* sit tantùm Duplex 2. Classis, in casu tamen, quò Festum aliquod alicujus Sancti, etiam 1. Classis, adeoque altioris Ritus, incidens in tempus, quod est à *Dominica Palmarum* usque ad *Dominicam in Albis* inclusivè, simul foret transferendum, adhuc Festum *Annuntiationis* ob suprà allatam rationem celebrandum foret prædictà *Feria II.* adeoque ante Festum aliud *translatum* altioris Ritus; esto enim *Annuntiatio*, tanquam Festum tantùm 2. Classis, cedere debeat Festo altioris Ritus; seu 1. Classis *occurrenti* in ipsa prædictà *Feria II.* (eò quod hoc in Decr: *Die 11. Martij 1690.* sub *Alex. VIII.* emanato differè exprimitur) non tamen cedit Festo altioris Ritus solummodo *translatum*; eò quod dicta *Feria II.* sit *Dies fixa* pro Festo *Annuntiationis*, quando hoc à *Parasceve*, aut *Sabbato Sancto* in eam transfertur, atque adeò *impedita* respectu alterius Festi, etiam Ritus altioris, quando hoc ob proprium suum Diem *impeditum* necesse habet pariter transferri, ut tum ex citato Decreto, tum etiam ex prædictà Declaratione sub *Innocentio XII* facta patet. Excipit quidem *Pisartus*, suprà die 19. Martij in se relatus; *Festum S. Josephi*, ubi de tanquam *Patrono*, sit *Officium duplex* 1. Classis, dum in *Directorio* Can: §. 1. Propr: Sancto: n. 24. scribit: *Sac. Rit. Congreg. 14. Junij* decrevit, prius transferendum, ac celebrandum esse *Festum Annuntiationis B. V. M. quàm S. Josephi*, si utrumque transferri debeat: nisi de *S. Josepho* ut *Patrono* *Officium* 1. Classis. Verùm quia *actores* alij satis recentes (nominatim *Franc. Monacelli*) *S. R. C.* decretum de dicto die ac anno editantes, nullam faciunt mentionem de hac exceptione, & insuper *Directorium*, quod allegant, *Feriam II.* *Dominicam in Albis*, si in ea *Festum* 1. Classis non *occurrat*, *Festum Annuntiationis*, à sua Sede *pro casu*, quo *Feria VI. Parasceve*, aut *Sabbato Sancto* *occurrit*, *translatum*, tanquam *fixam* *appropriant*, ideo, nisi in Decreto, quod *Pisartus* locò citato allegat, ego autem hæcenus *obtinere*, ac inspicere non potui, *exemptio* ab ipso asserta pariter *exhibere* censeo ob rationes suprà allatas. *Festum Annuntiationis* in *Parasceve* aut *Sabbato Sancto* *occurrentis*, non posse quidem in *Feriam II.* post *Dominicam in Albis* transferri, si *Feria* illa *II.* Festo altioris Ritus *occurrente* sit *impedita*, posse tamen, imò debere dicto casu *occurrente* in eam tunc transferri, tanquam *Sedem propriam* & *fixam* pro tunc *quæritur* do

do Festum altioris Ritus, nempe 1. Classis in eâ Feria II. non occurrit, & hoc etiam in casu, quo reponendum, seu transferendum superest Festum aliud altioris Ritus, seu 1. Classis. Idem Pisartus ibid: n. XXV. ita scribit: Regulares, aut alij quicumque Ritus sequuntur Romanum, non possunt anticipare Officium Annuntiationis B. M. V. licet morentur in Diœcesi, in qua anticipatur ejus Festum; sed servato anticipativè pro loci consuetudine Die Festo juxta Trid. Sess. 25. de Regularibus c. 12. translato post Pascha Officiò, præponant illud alijs quibuscunque Festis æqualis Ritus, etiam priùs translatis, conformiter ad Decretum, de 14. Junij 1692. ex speciali Sac. Congregationis Declaratione. Hastenus verba Pisarti. IV. tametsi in antiquis Rubricis General. Missal. Tit. 6. de Translat. Feslor: dicatur: Si Festum Annuntiationis incidat in eos Dies, qui occurrunt à Dominica Palmarum usque ad Feriam III. Paschatis, post ratione Tituli Ecclesia, vel concursus Populi ultra Missam, correspondentem Officio, insuper cantari aliam de Feslo; per Rubricam tamen novam Missalis Tit: eod: id ampliùs fieri nequit ullâ eorum Dierum; potest tamen cateris Quadragesimæ, ac Octavæ Paschalis Diebus id fieri, adeoque in istis Duplex Missa cantari, una de Die, altera (cum Gloria & Credo) de Feslo, debet (Pars II.)

que tunc etiam in fine hujus dici Evangelium S. Joannis; id quod semper observandum in Missa de Feslo, distincta à Missa de Feria majore, diève corrente, quando ambæ cantantur eodem die. Gav. Tom. 1. P. 4. Tit. 15. n. 5. V. Tametsi, quando Dies Octava, aut Dominica non privilegiata concurrat cum Feslo 1. Classis postridie celebrando, in hujus primis Vesperis nulla fieri debeat Commemoratio de ejusmodi Die Octava, aut Dominica non privilegiatis, per Rubr: Gen: IX. n. 4. si tamen Dies Octava etiam non privilegiata concurrat cum Feslo Duplici tantum 2. Classis, etiam translato, tunc totum quidem Officium dicitur de sequente ejusmodi Feslo, cum Commemoratio tamen præcedentis Diei Octava, etiam non privilegiatæ in 1. Vesperis Festi, non tamen Dominica non privilegiatæ, sed tantum privilegiatæ, qualis est Dominica in Albis, & aliæ majores, tam 1. quàm 2. Classis: de quibus proinde faciendâ est Commemoratio in 1. Vesperis Festi Duplicis immediatè subsequenti non tantum 2. sed etiam 1. Classis, v. g. Dominica in Albis, quando postridie illius fit de Feslo Annuntiationis, aut S. Marci. Sec. Rubr. Gen. IX. n. 4. & XI. n. 4. & 7. Plura ad Festum Annuntiationis pertinentia vide infra 24. April: in fine, & supra P. I. fol. 96. Hod: aut sequenti Mense, si in illum incidat Feria VI. post Dominicam

[N]

cam

eam Passionis, celebratur eâ Feriâ DOLOROSâ, h. e. 7. Dolorum B. M. VI. non impeditur aliô Festo altioris de quo jam supra hoc Die, & plus Rirus, ex Indulto Sedis Apostolicæ bus suô locô P. I. de FERIA VI. nonnullis in locis FESTUM MATRIS Hebâ: Passionis.

TITULUS IV.

Singularia Festorum Mensis Aprilis, qui habet dies XXX.

SI intra hunc Mensem currat tempus Quadragesimale, tunc in *Feriali Officio* quavis FERIA II. dicitur in Choro *Officium Defunctorum*: FERIA autem IV. dic: *Psalmi Graduales*: ac demum FERIA VI. *septem Psalmi penitentiales cum Litanijs* (præterquam in FERIJS majoris Hebdomadæ) modò supra sub initium præcedentis Mensis, & P. I. declaratò.

Præterea quoties *currente* infra hunc Mensem *Quadragesimâ* fit de aliquo Festo 9. Lectionum, in *Ecclesijs Cathedralibus*, & *Collegiatis* cantandæ sunt *dua Missæ Conventuales* modò pariter sub initium Mensis præcedentis à me expositò, & insuper observando ea, quæ tum circa *Missas Conventuales*, tum *alias* quascumque etiam *Votivas*, tum ibi, tum etiam ad Diem 10. Martij à me sunt annotata.

Festa 9. Lectionum infra illud Tempus, quod est à *Dominica Palmarum* inclusivè usque ad *Dominicam in Albis* pariter inclusivè, hoc Mense *occurentia* transferuntur in

Choro (non item in Foro, excepto festo, quo Festum B. V. Annuntiatæ cedit in Fer. VI. Parasceves, aut *Santum Sanctum*) post Octavam Paschæ observando in eorum translatione Ordinem, tum à Rubricis, tum à Rit: Congr: Decretis 1691. 24. Nov. & 1695. 11. Julij præscriptum, quo infra, nec non dicendo *Officium* & *Missam* de ijs *Ritu Paschali*, hoc est eò, quem Rubrica tum *Breviary* tum *Missalis Romani*, Festo *Annuntiationis*, nec non *Communione* plurimorum *Martyrum* præfixa exigunt, ego supra ad diem 17. Martij et eodem utraque Rubrica declarantur.

Si *Festum Simplex* hoc Mense currat ante *Dominicam Palmarum* fit de eo (atramen occurrente Festo 9. Lection: post *Comemoracionem* de FERIA) in *Officio* & *Missæ* cantanda *Comemoratio*, sine *Lectione*: quæ si tale *Festum Simplex* occurrat post *Dominicam Palmarum*, tunc quidem à 1. *Vesperis*, ac *Laudibus* *Dominicæ* *currentis* fit de eo *Comemoratio*